Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41510
Copyright: Melk, Benediktinerstift



41

Sermo compm petri ostiensis epi scopi in vigilia sanctissimi patris nostri Benedicti abbatis.

Vigilias egregij confessoris videlicet beatissimi Benedicti fratres karissimi hodie colimus. et necesse est. ut ad celebrandi solennitatis eius insignia promptos animos paremus Iam itaq; splendorem tante solennitatis mens deuota concipiat. et ad exercitias se pie seruitutis accingat. ac flama diuini amoris solito feruencius incalescat Scopis iuxta consuetudinem mundat² ecclesia. per sinceram quoq; confessionem purificet² praue cogitationis puluere conspcacia Preparant² luminaria diuersa ornamentorum speciesq; appendunt². in pectoribus quoq; nostis diuina largiente clemencia varia disponant² ornamenta ututum. sicq; varijs interioris templi quot pijs studijs quasi tot coruscis lampadibus accendant² Debemus igitur hodie beato viro uelut egrotanti pijs uisceribus compati. ut cras merito ualeamus de eius assumptione cum eo pariter gloiari Sic et redemptore nostro dicat aplus Si commorim² et conuiuemus. si compatimur et conregnabimus Hinc rursus ait Si complantati facti sumus similitudini mortis eius. simul et resurrectionis eius erimus Quod go debemus capiti electorum omnium xpo. debemus et seruo eius venerabili benedicto. in mirum ut compaciam² egri